



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Lilivm Inter Spinæ**

**Sterre, Jean Chrysostome van der  
Antverpiæ, 1627**

Cap. XXVIII. Sub Festa maiora grauiùs affligi solet; ac mirum in modum  
diuinitus semel confortatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43032**

ORDINIS PRAEMONST. 85  
suo reuelans, vocauit eum ad se, di-  
cens: Si me, sicut Sanctos alios, inuo-  
casses, te fortassis à tua infirmitate cu-  
rassem. At ille, ut Dominam, quæ se  
iam per aliquod tempus à sua absen-  
tauerat præsentia, recognouit, procidit  
ante illam, & remedium postulauit.  
Illa verò dicente, Ecce, iam sanus es;  
ab illo immoderato languore releua-  
tus est: consueta tamen infirmitate  
manente, quam, ob custodiam humi-  
litatis, à Magistro humilitatis accepit;  
& quæ solius mortis remedio fuerat  
terminanda.

### C A P V T   XXVIII.

*Sub Festa maiora grauius affligi solet; ac mi-  
rū in modū diuinitus semel confortatur.*

**N**ON NVMQVAM tamen nouimus  
accidisse, quòd ad tempus ali-  
quod mirabiliter curabatur; elapoqué  
tempore ad feliciorem consuetudinem  
suam, & ad panem quotidianum

F 3 eden-

edendum, vocante Domino, est reuersus. Hoc autem pro consuetudine habuit multis annis, ut aduenientibus solemnitatibus nouam semper misericordiam exspectaret; nisi dispensatori prudentissimo Domino placuisset, in diebus solemnitates praecedentibus, exspectatam misericordiam praeuenire. unde istud verbum, Festa sunt mihi infesta, nobis saepissime recitare solebat. Consuevit autem in festiuitatibus (nisi, sicut dixi, flagella contingeret praeueniri) ita acriter flagellari, ut in se vere sentiret impleri, quod scriptum est; Dies festi vestri vertetur in luctum; & a multis, ipsum non cognoscetibus, humiliatus & projectus a Domino crederetur. Tali modo in una vigiliarum Natiuitatis Dominicæ tam immisericorditer coepit affligi, ut omnes videntes, circa ipsum misericordia mouerentur. Timor enim cordis, pro solennitate praesente, & tremor corporis, praes algoris membrorum magnitudine super ipsū venerunt;

Tob. 2.  
Amos 8.

psalm. 54.

runt; ut tectus omnium vestimentis cal-  
lefieri non valeret: quin etiam & magna  
molem lignorum, ipso rogāte,  
super membra rigentia posuerunt; sed  
neque sic aliquid profecerunt. Adue-  
niente tandem hora temporis benedi-  
cti, qua puer IESVS tamquam sponsus

*Psalm. 18.  
Mirandum  
in modum  
diuinitus  
conforta-  
tur.*

de vtero processerat Virginali, thala-  
mo venerando; omni recedente do-  
lore, processit & JOSEPH de thalamo  
ægritudinis; & ad Laudes Matutinas  
introiens, ipsa die cum tāta cordis ala-  
critate terna Missarū solēnia celebra-  
uit, ut non solū nullum in eo doloris  
signum aut tristitiae appareret, verūm  
etiā de manu Domini munificentissi-  
mi, pro omnibus tribulationibus suis,  
recepisse duplia videretur. Siccine  
per omne tēpus vitę suę, tamquā duo-  
bus molaribus, nunc tribulationibus,  
nunc consolationibus molebatur; ut  
panis fieret, sine omni fermento & fur-  
fure, similagineus, delicatus, dignus  
mēse sumimi Patris familias präsentari?

F 4 CA-